

Franjo Alfirević (1903—1956)

MANUS ADULESCENTIS AEGROTI

Quantum sanguinis in orbe terrarum
at illae tam pallentes.

Quantum virium in motu et volatu
at illae se occultant propriae miseriae.

Quantae mulieres, quas amplecti possint
at illae tantum solitudinem horae crepusculi sciunt.

Quam pectora infinita in quibus florere possint.
sed ita in vacuum, sine vi, debent labi.

Pro iustitia surgere possint in deliratione rebellionis,
sed surgunt ad oculos lacrimarum plenos.

Infelices innumerabiles consolari possint,
sed ita debiles istae manus deficientes.

Et ut flores tabescunt in umbra tecti tenebrosi,
morte crescente omnis hora eas haurit.

Fiunt occultiores, magis pallidiores, magis graciliores,
sed oculi fulgentiores etiamque somnia pulchriora.

Zagreb.

Versio: *T. Smerdel.*